Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia pars II - Cod. Ettenheim-Münster 261

[S.l.], [18. Jahrh.]

[Text]

urn:nbn:de:bsz:31-129036

Visual Library

Dum aliæ Cognitiones incerto semper vento feruntur, dubiis fluctiant ac velut umbræ per inane volutantes vagantur, hæc sola principiis iñixa imutabilibus Certum ubique pedem figit, rationi nostræ diversa rerum discendarum genera perlustranti facem præfert, omnemve velut Sol oriens fulgore suo Caliginem atque ignorantiæ tenebras dispellit. per temporis angustias non licet nobis imensum hunc, qui nunc aperitur Campum percurrere atque hujus Scientiæ imensitate prosequi, generalia tantum illius principia discutiemus ac 1mo quidem examinabimus statum rerum per mentem abstractarum, 2do. Spirituum illorumq proprietatum naturam examinamus quam materiam duplici ~~deceptione~~ sectione dispertimur

Sectio prima,

De statu rerum metaphisica Seu de ontologia.

Supra jam dictum est verum et strictum metaphisices objectum esse statum rerum metaphisicum, qui ut clare intelligatur observandum est ~~res~~ frequentissime duos rerū status et sensus distingui, phisicum unū et alterum metaphisicum. status phisicus Complectitur res quascunque, seu Corpora seu Spiritus, omnesq illorum actus et

et proprietates; quidquid igitur per se et in se proprie existit, dicitur esse in statu phisico. status metaphisicus complectitur res quascunque illarumque proprietates et affectiones; prout mente repraesentatas; seu sola cogitatione existentes: inde fluit sensum rerum phisicum esse illum, quo res spectantur prout sunt in se independentes ab omni cogitante; sensum autem metaphisicum esse illum quo spectantur eaedem res, quatenus cogitantur, repraesentantur abstrahuntur. primarium igitur metaphisices objectum est quidquid per ideam est repraesentabile aut repraesentatum; quare agemus, 1mo. de idea quae est rerum metaphisicarum repraesentatio. 2do. de rebus metaphisicis, quae generali vocabulo entia vocantur, inde ortum nomen est ontologiae, quod significat sermonem de entibus vel tractatum.

Caput 1mum.
de idea seu ideologia.

Vidimus in logica ideam esse nudam rei alicujus repraesentationem mentalem; ut natura illius pateat magis illam hic considerabimus, prout est